

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Compendium historicum - Cod. U. H. 20**

**Scholley, Friedrich von**

**[Sulzbach, Oberpfalz (?)], [um 1632]**

Orgio ordinum militarium

[urn:nbn:de:bsz:31-231895](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-231895)

# ORIGO ORDINUM MILITARIUM

tam Regularium, qui a Sede sub aliqua Regula disciplina  
 na approbati fuerunt, quam Secularium ab Imperatoribus  
 Regibus & Principibus Christianis institutorum cum eoran-  
 dem similibus et insignibus. *Archontologia Cosmica Joha-  
 nis Gualtheri.*  
Instituta Equitum Ordinis S. Ampulæ in aede S. Remigij  
 Harocortoni Remorum. Clab. reg. prim. huj. nois et prim. reg.  
 Rex Christianus in Gallia convocatus, ad fidem Christianam  
 in sinu Matris uxoris ipsius Salicæ regis Burgundiae Chri-  
 stianismo per baptismum initiatus fuit, et S. Remigio in  
 templo Remorum, et aequam sacro fonte ablucetur, de  
 religione Christiana et Catholica coram Deo et hominibus  
 protestatus est.

Hic evidens miraculum accidit. Nam cum non reperi-  
 retur oleum Chrismatis in vase ordinario, ad tantum  
 hunc regem unguendum, conspecta fuit columba candida  
 quæ phialam Christianam oleo sacro & divino plenam  
 quæ cælitus missum erat, ut hic defectus miraculose  
 suppleretur, tenebat: quæ delata in manus Reverendissimi  
 mi Archiepiscopi S. Remigij ille regem unxit.  
 Inse eluxit singularis cura, quam Datus semper de salute  
 et incolumitate Regum nostrorum habuit, quæ eo ten-  
 pore tantum Christianismi usurpavit.  
 In cuius rei memoriam hodieq. religiose servetur phiala

illa sacro oleo plena, & Ampulla vocatur, ex qua fe-  
re Reges Galliae deinceps usque fuerunt, in templo Abba-  
tia S. Remigii Duracortoni Remorum. Hic Rex tem-  
plum illud S. Remigii magnis premijs, redditibus et  
privilegijs ornavit. Atq; in memoriam sui Zeli et  
affectus erga illius loci Ecclesiam quatuor barones ex-  
tos nobilissimos illis beneficiarios oravit ut essent  
Equites S. Ampullae, quoniam Ordinem instituit  
Nomen Baronatum Equitum S. Ampullae sunt  
haec: 1. Baronatq; Antii. 2. Baronatq; Neocæsarij.  
3. Baronatq; Conyeciarij. 4. Loco quarti in extremo  
nunc alig substituitur, propterea quod quis quidebet  
esse Eques, et suam Ordinem tenere et addebat  
religioni prototartium.

Ordo Equitum S. Maurij et Larari inter  
Sabaudos.

Communis opinio est hunc Ordinem tempore Ba-  
silij magni institutum fuisse, ut refert S. Greog:  
Marianus. Proferuntur regulam S. Augustini.

Ordo Equitum Canis & Galli galinacci  
in Gallia.

Auctores nihil certi memorant de institutione  
horum duorum Ordinum, quatenus Honoris,

rum familiae tribuantur.

Primo quoniam gentiles illi familia Super eristam galea canem habent.

De Ordine Galli gallinacei illud selammō dicitur p. q. illi qui genealogiam illius familiae scripserunt, referunt, Petrum quendam Nomorendam illig Ordinis Equitum fuisse. Quicquid sit, verisimile est hunc Ordinem pro insigni usuri pape Gallum gallinaceum quoniam inter omnes volucres maxime Martialis est. Veteres cum pillum Martis vocabant. Interdum hieroglyphice denotavit victoriam et vigilantiam.

Ordo Equitum Asturconis in Gallia.

Quis frequentem annulorum usum in Galliam inve-  
xit, ~~Carolus~~ Carolus Martellus fuit, potens & magnanimus princeps, qui languens Regum nostrorum scepterum in integram restituit, ita ut orbem & infideles formidabilem esse viderent. Instituit hunc Ordinem Asturconis pp uxorem suam Hatheram dictam, cui nomen erat Joanneta. Voluitq. ut effigiem regalis insignibus suis insculptam gereret. Hic Ordo duravit usq. ad regnum S. Ludovici.

Ordo Equitum Lili in Regno Navarrae.

Garciam solum instituisse Ordinem Equitum Lili qui pro insigni gerat Ollam cum Lili, in qua depicta erat.

imago beate Virginis et voluisse, ut toga Equitum essent splendide magno artificio confecta et hinc ac gemmis radiantes. In hunc Ordinem filij Regum et multi magnates Galli & Navarrensi atq; et Exeri ascribuntur. Tenentur defendere fidem catholicam.

Ordo Equitum S. Johannis Ierosolymitani qui jam Melitenses vocantur.

Quidam initium hujus Ordinis attribuerit Johanni Hircano, qui fuit unq; ex Maccabæis; alij S. Johanni Eclesiasticus patriarcha Alexandrino: quare Equites hujus Ordinis vota sua S. Johanni Baptista nunciis, partem suam Patronum agnoscant. Alij à Ximochio Egdabir Girardi qui hoc Jero solyma tempore Guicciardini exstruxit, et prima fundamenta jecit, ab hoc domicilio Equites Hospitalarij appellabatur. Regulam S. Augustini sequuntur. Fidem Obedientiam et castitatem promittunt.

Ordo Equitum Templariorum.

Hujus Institutio ad tempus Gelasij revocatur cum expeditio militaris Bullionaci in terram sanctam feliciter suscepta fuisset. Duo primi auctores hujus instituti fuerunt Hugo Cajennensis, et Garsias de S. Almaro, Equites.

Hic Ordo tandem tantis opes accumulavit, ut divitijs potentissimos reges acquireret. Quamvis a illis Jerosolyma an. 1187. ab infidelibus capta fuisset, Equites Templarij non desit'erunt pro religione Christiana fortiter dimicare. Nihilominus anno 1312. Pape Clementi V. placuit ut hic Ordo aboleretur, propter enormia flagitia et gravia peccata quorum nimirum mulabatur. Opes ipsorum varijs Ecclesijs fuerunt distributa, nempe Rhodis, S. Jacobi, Calatrana & Alcazar in Hispania.

Ordo Equitum Teutonicorum Hospitij S. Mariae Jerosolymis, qui alias Crucigeri S. Mariani dicuntur.

Henricus Walpotz fuit primus hujus Ordinis magnus Magister, Serenissimi Archiducis Austriae Maximilianus nunc est magnus ipsorum Magister. Fredericus 2. imperator Pape Gregorio 7. cum numerosum exercitum in Syriam duxisset, ut belli sacri progressus promoveret auctor fuit, ut hic Ordo institueretur. Quamvis a Borussia sit subjecta Regi Poloniae: tamen etiam nunc magnus hujus Ordinis Magister eligitur, qui cum suis fructibus bonis, quae habet in Germania.

Ordo Equitum S. Johannis Aconitani et S. Thome.

De horum origine nihil certi reperitur, de illis a refertur

quod officia charitatis erga eos exercebant, qui loca ex  
 etalustratum veniebant, et oia necessaria ipsis suppedita-  
 bant.

Ordo Equitum S. Servatoris in Arragonia.

Circa annum 1118. Alphonsus Rex Hispaniae Navar-  
 ra, Arragonia, Castellae et Toleti ex parte conquisi-  
 uratae, cum vellet exstirpare Mauros Saragosa et Arra-  
 gonis, videretq' quantum commodi vicinae provincie  
 lex Ordinib' Militantib' quos apud se singulae institui-  
 sent, percipissent Ordinem Equitum S. Servatoris in  
 urbe Montreali captâ Calatravâ instituit.

Ordo Equitum Montis - gaudij in Syria qui  
in Castilia Montis et in Catalonia Montis sig  
appellatur.

Quo tempore principes Christiani Syriam occuparent  
 Ordo Equitum Montis - gaudij fuit institut' qui hęc no-  
 men à monte quodam ejusdem nominis prope Jeroso-  
 lymam acceperunt.

Ordo Equitum Infiferorum aut militum  
Christi in Livonia.

Hic Ordo ab Innocentio 5. confirmatus quorum mi-  
 que erant duo glabij colore rubro forma Crucis Sarr.  
 Andree, quos pallij suis aspuendos curabant.  
 Pring ipsorum Magus Magister vocabatur unus

quo Duce magnos progressus fecerunt, et multa loca in Rus-  
sia occuparunt. Postea se cum Teutonibus se conjunxerunt.

Ordo Equitum S. Jacobi in Hispania.

Septuaginta Apostoli S. Jacobi Apostoli in Hispania  
reperta et fama miraculorum, quae quotidie illic fiebant  
paucim divulgata, magna religio non tantum Hispano-  
rum, sed et longe distantium populorum animos inuasit.  
Primi hujus Ordinis auctores fuerunt Sanchez rex Castellae et  
Raimundus Abbas Fiterensis. Quando hi Equites sunt  
in aliquo conventu cardidam togam et supra eam qm  
et supra pectus rubram crucem ea forma gerunt. Data  
anno 1178. ipse permittit, ut semel matrimonium con-  
traherent, nec ad secundas nuptias ystransire liceret.  
Nam olim Religiosorum instar perpetuam castitatem  
servare tenebantur.

Ordo Militum Jesu Christi institutus a S. Dominico  
contra Albigenes haereticos.

in tota fere Comitatu Lotharing & Gallia Cisalpina in-  
fecta erat errore Albigenis a S. Dominicos contra  
eos tanta efficacia condonatus est, ut centum millia  
ex ipso convertisse dicatur, sedis quibusdam devotis  
qui gladio materiali eos exstirparent, quos gladius  
spiritualis verbi Dei non afficeret.



Illo tempore fuerunt appellati Fratres militiae S. Doni-  
nici. Innocentius Regulam ipsorum probavit anno 1360.

Ordo Equitum Alcantarae in Regno Legionis.

Comelius Ferdinandus Eques & unus ex primoribus regni  
Legionis sub auspicijs Ferdinandi regis huius regni et  
Galliciae instituit hunc Ordinem Equitum contra Intra-  
nos, anno 1576. et Papa Alexander 3. eum approbavit.

Ordo Equitum gloriose Virginis in Italia.

Anno 1273. Bartholomaeus Vicenagus Ordinis Fratris  
Prædicatorum fuit auctor huius Ordinis, quem instituit  
ut conciliaret pacem per urbes Italiae, et omnes dis-  
sensiones & schismata tolleret.

Ordo Equitum Montefiorum in Regno  
Valentiae.

Ordo ipsorum tempore quo Ordo Templariorum aboli-  
tus fuit exortus est, approbatus a Benedicto 13. et Mar-  
tino V. omnes facultates, quas Templarii in Regno  
Valentiae possidebant, illis attributae sunt ea lege at li-  
mites Regni Valentiae contra Mauros defendere  
et conservarent.

Ordo Equitum Iesu Christi in Lusitania.  
Dionysius cognomento Penosa, Rex Lusitaniae nepos  
Aphonsi 10. Regis Castiliae et Legionis instituit hunc

Ordinem habito toga nigra crux nigra q̄ fronde attexta dis-  
sacretur.

Ordo Equitum Falcie et Scamae inter Hispanos  
et Crabrae inter Venetos.

Anno 1337. Alphonsus Rex Castiliae antequam ad regnum  
peruenisset instituit hunc ordinem in Victoria urbe  
propterea q̄ eo die p̄o a rege tanquam magno huius ordinis  
Magistro cooptati fuerunt, falciam rubram quatuor di-  
gitos latam mitella missa a dextro humero in tribra-  
chium sinistrum ipsi appendit.

Ordo Equitum Avisinorum vulgò Avisionum  
in Lusitania.

Rex Alphonlus ad bellum Mauris inferendum principum  
sedem Equitum horum instituit, qui in regno Castiliae Equi-  
tes Calatravae, in Lusitania Avisi appellantur.  
Hi Regulam iteroianum sequuntur.

Ordo Equitum Mensae rotundae, ortusi in Anglia.  
Wilhelmus Candeng existimat Institutionem huius Ordinis  
recentiorem esse eamq̄ refert ad veterem consuetudinem  
hastiladiorum & exercitiorum militarium. Nam ne  
priora aut inferiora loca magnatibus qui illis exercitiis  
intereant, materiam rixae praeberet, mensae rotundae  
utebantur, quibus promiscue absidebant, nulla habita prio-  
ris aut posterioris ratione.

Ordo Equitum Pericelidis in Anglia, aureus.

Eduardus 3. Anglia Rex hunc Ordinem Pericelidis instituit: a. 1350. ut tolleret suspicionem quam quidam de Comitibus Salisburyensi et ab ipso, quamvis modeste amata conceperant, eoque canalem pericelidem, quod ipsi inter salutarium de eadem sustulerat, his verbis prolatis: In probro sit, qui sine hi quidquam suspicatur: quoniam inter nobiles, quod abest, nihil factu erat: Ipse vero ex hac pericelide se honore et deo sibi conciliaturum respondit.

Alii dicunt hunc Ordinem suum nomen traxisse à quada falsia quam Eduardus suis debet in perpetuam memoriam victoriae, quam Richardus de Johanne rege Gallie reportavit, rat. Hanc falsiam sinistro cruri fibula alligant in signum amoris & concordiae, et inter seculares huius Ordinis esse debet pallii a suis rubra crucem S. Georgii. extra gerunt. Alii inventionem huius militiae Richardo 1. tribuunt, quam ab Eduardo saltem renovatam percipiunt: quoniam certitudine caret. Quicquid sit solennia huius Ordinis quotannis in Arce Vindebonia celebrantur festo nimirum S. Georgii Rege Praefide.

Ordo Equitum Balnei in Anglia.

De his Equitibus nihil certi habemus, nisi quod Henricus 4. Rex Anglia ea die qua Londini in Arce consecratus fuit, 46. viros nobiles, qui precedente nocte vigilaverant

et balneo usi fuerant. Equites circavit, quibz tunicas viri,  
des cum manicis dedit, ea longitudine ut usq ad talos pro-  
penderent cum extremitate sinis pro humero alligata et furi-  
culo duplicata ex candido sericeo.

Ordo Equitum Stella in Gallia.

Johannes Valesig Rex Gallia instituit mense octobri anno  
1352. Ordinem Equitum in memoriam Stella, virginem  
Bethlehemum duxit, ut servatorem mundi recedens na-  
tum adorarent: qui appellati fuerunt fratres In Virginis  
S. Audoem quoniam locus in quo domicilium habebat  
ita appellabatur: qui Lutetia uno plus militari siglatis,  
olim dicebatur Palatium Chelatum.

Ordo Equitum Annunciationis in Sabaudia.

Amedeus sextus Comes Sabaudia, postquam hunc Ordinem  
instituisset, eum illustrem et celebrem reddidit magnis  
& opulentis provenitibus, quibz eum ex suo donavit.

Ordo Equitum Vellens aurri apud Burgundos  
et domum Austriacam.

Philippus cognomento Bonus Dux Burgundia ex singulari  
amore, quo nobilitatem prosequeretur hunc Ordinem  
instituit anno 1430. mense Januario, quo nuptias cum Eli-  
sabetta filia Johannis regis Castania celebravit ad  
gloriam Dei S. matris eius & S. Andrea Apostoli: utq anni-  
mos Equitum magis inflammaret ad sanctam fidem

exaltandam et ad virtutem excitaret. hanc ordini te-  
 tulam Veneris aurii imposuit, illius ad Velg Gedeonis  
 quod fuit repositum q. fuit in ara, q. ab una parte con-  
 compressa, ab altera fusa erat: sicut videre est in tapeti-  
 b. ip. tempore elaboratis, q. festo S. Andrea die solenni,  
 b. h. Ordinis consecrato tenduntur. Philippo initio  
 tantum 25. Equites elegit, sed triennio post sex addi-  
 dit, ita ut essent triginta et unus. Postea Carolus V.  
 propter varias provincias, quib. imperabat numerum  
 auxit usq. ad numerum 51. Ab eo tempore Capitulum  
 Gandavi habitum auctoritate Gregorij 3. p. tatem te-  
 cit Philippo 2. regi Hispania q. postea confirmata  
 fuit Philippo 3. a Clemente 8. ut posset Equites crea-  
 re extra capitulum, quandoq. ipi placeret. Hi  
 Equites ex ip. solummodo familijs eligentur, q. in Hi-  
 spania Graues appellantur.

Richardus Walseburgicus in suis Antiquitatib. Belgica  
 mentionem facit antiquorum Equitum Ciconia  
 a Julio Brabone institutorum, a quo secundum quos,  
 iam Brabantia nomen habet: quib. hanc avem addidit  
 ut esset hieroglyphica nota concordia, quam inter eos esse  
 volebat.

Ordo Equitum Hibernis in familia Aunbriacensi.

Carolus Dux Burgundianensis, qui postea fuit Rex Galliae et sextus  
 eius nominis instituit ad imitationem Philippici Ducis Burgun-  
 diae hunc ordinem qui in suis balthasis figura huiusmodi  
 gerbant cum hoc symbolo Cominus, Eminus. teste  
 Paulo Jorio. Causa propter quam Carolus hoc symbolum as-  
 sumptus haec est: quod Hibernis cominus & eminus se defendit  
 contra canes, in quos aculeos suos misitium instar ja-  
 culatur. Igitur significare volens se esse armatum con-  
 tra omnes fortuna imperis & semper paratum se defen-  
 dere contra eos, qui vim ipsi inferunt, hoc insigni suos  
 Equites ornavit.

Ordo Equitum Cardui Virginis Mariae  
 in familia Borbonicorum.

Ludovicus 2. Dux Borbonig cognomento boni felix Petri pri-  
 mi, qui in pugna Piotariensi quam rex Johannes cum An-  
 glis commisit occubuit, hunc ordinem instituit.

Ordo Equitum S. Andreae Cardui &  
Rutae in Regno Scotiae.

Hugo Rex Scotiae cum in eo esset, ut collatis signis cum  
 Altheftano rege Anglorum decerneret, conspexit in  
 caelo crucem praesentem eius figurae in qua S. Andreas  
 martyrium pro Domino nostro pertulit: quod boni augurij loco  
 habens cum hoste congressus est, eumque victum interecit.

nit casis omnibz ipsius copijs. Hinc originem traxit  
Ordo Equitum S. Andree, qui celebra et in hoc regno:  
quamvis illi vulgò Equites cardui appellentur.

Ordo Equitum S. Mariae aut Elephant.

In Dania floruit Ordo, quem ferunt institutum fuisse  
à patre Christiani Regis, q hoc regnum tenet. Ab Ele,  
phanto inde quoniam hoc animal proximè ad na,  
taram hois accedit.

Ordo Equitum Syri.

Domus Lusitana, q tot reges et principes Orbi Christi-  
ano dedit in primis Reges Ierosolime Armenia et Cy-  
pri initia huj Ordinis voluit, quamvis ignoretur quo  
tempore id sit factum.

Ordo Equitum Columbe et Rationis  
in Castilia.

Johannes primus Rex Castiliae, ut Aulicos suos et nobi-  
les ad equestrum alig, et suo ordine dignum facereq  
agquillandum excitaret, hunc ordinem adinve-  
nit anno 1300. In signe illig erat Columba à qua  
pendebat torques aureg.

Idem Rex Ordinem Rationis instituit ming illustri  
pdoni, ad quem nobiles inferioris notae admi sit, qui  
tamen strenuè se praebebant in exercitijs militandiq

Ordo Draconis inter Germanos & Ungaros,

Tuñi in Bohemia et disciplinaurum in Austria.

Imperator Sigismundus pro cumulo hujus suae pietatis Ordini hunc instituit, quem sic nominavit, quoniam Equites symboli loco gerabant Draconem praecipitatum, ut testentur Dracones Ecclesiam devorantes, nempe Christiana et haec in ipsius opera fuisse victores & prostratos.

Ordo Militum in Suecia.

Hi Reges olim symboli loco habebant duas Virgines coronatas, natis telis aurea vestitas, quae se mutuo complectebantur in viridi saltu: gloriati sibi formosis nymphis & deabus quae illam provinciam frequentabant.

Post aliquot saecula nihilominus Principes Sueciae promissibus acceperunt tres coronas in aera caerulea, quae imperii ipsius amplitudinem, magnificas expeditiones bellicas et inexhaustam metallorum copiam, quae in illa regione reperitur.

Ordo Equitum Zephi & Balthaei in Suecia.

Hic Ordo Eniferorum dicitur, quorum torquis ipsorum manibus ex tribus aureis balthaeo colligatis, quae mucronibus orientis collidem videbantur: quae sunt duae columnae Regni. Hic Ordo prolixus interijt.

Ordo Equitum Spicae in Britannia.



Franciscus I. huius nominis Dux Britanniae filius Johannis V. et nepos Johannis 4. cognomento Conqueritoris qui primus hunc Ducatum in Familiam Montfortiorum transtulit, à magno illo Everhardo Mommerencio originem trahit instituit anno 1190. Ordinem Spicae, cum ut memoriam avi sui honoraret, tum ut nobilitatem suam tanto magis decoraret.

Hic Ordo Equitum Spicae desit, quia Ducatus Britanniae regno Galliae annexus fuit per matrimonium Annae filiae Francisci 2. Ducis Britanniae cum Carolo 8. et hoc mortuo cum Ludovico 12. rege Galliae

Ordo Equitum Lunae crescentis inter Andegaveses & Siculos.

Renatus Dux Andecium Rex Siciliae Neapolis & Jerusalem instituit hunc Ordinem in templo S. Mauricii quod est cathedrale Andegavi, et allestis in eum debet torquem aureum cui alligata erat Luna crescens, cum hoc simbolo Luna Crescens.

Ordo Equitum Navis seu Concha

S. Ludovicus monetam quandam navis et conchis marinis signavit: quam et consignat Ordo Equitum in Gallia, quod pro insigni gerbat duas naves nigricoloris in scuto aureo ex conchis marinis contexto, in

quibus erant lutea dimidiatae colore rubri.

Ordo S. Michaëlis in Gallia.

Ludovicus II. morem quo Magnates torquemaureunge,  
 hanc solent à Romanis ad Gallos traduxit, in ut auctor est  
 Aquinas Kalend. septilis i 769. Ambrosius Ordinem S.  
 Michaëlis instituit.

Ordo Equitum S. Georgij in Carinthia.

Rudolphus Habsburgensis primus ex familia Austriaca  
 ad imperium electus hunc Ordinem instituit, et quae-  
 rali illius magistro urbem in Carinthia dedit situatam,  
 nam, ut in ea ordinarium suum domicilium haberet,  
 cum dignitate principis honoravit.

Ordo Crucis Burgundicae in Regno Tunetano.

Carolus V. Imp. et Rex Hispaniae postquam Malehera  
 Regem Tunetarum in suum regnum restituit, et  
 ab iniqui pirata Barbarossa inde expulsa fuerat,  
 Tunetum victor solenni pompa ingressus paludamento  
 amictu supra quo crux Burgundica erat, quam in bello  
 gestare solebat, instituit hunc Ordinem, an: 1535.

Ordo Equitum S. Stephani in Haetrucia.

Cosmus Medicus Dux Florentiae anno 1536. hunc Ordinem  
 instituit eod die quo pugna die 6. Aug. ad Marcianum  
 commissa victoriam obtinuerat, eodemq. a Cal: feb: Papa  
 Pius 4. eum confirmavit.

Ordo Equitum S. Spiritus in Gallia.  
Henricus 3<sup>us</sup> Rex Galliarum & Polonia in perpetuum pie-  
 tatis et gratitudinis testimonium pro beneficijs que  
 a Deo acceperet de missionis Spiritus sancti cum  
 eodem die fuisset electus in Regem Poloniae fratri  
 defuncto Carolo 9. in regnum Galliarum successisset  
 et hanc lucem primum aspexisset, instituit hunc  
 Ordinem Spiritus sancti anno 1579. Calvaria in Lusitania  
 in templo Eremitarum S. Augustini.  
 Hic Ordo fuit institutus pro extirpandis hæresibus  
 et amplificanda religione catholica, apostolica  
 et Romana.

Ordo Equitum acris sanguinis Sani nri  
Jesu Christi Martialis.  
Vincencius Gonzaga quatuor Dux Mantuarum et se-  
 cundum Montisalematis instituit hunc Ordinem  
 anno 1608. pro defensione & propagatione religio-  
 nis Christiane allectis in hunc Ordinem viginti  
 Equitibus, qui Ordo fuit confirmatus a Papa Paulo  
 V.  
Ordo Equitum beatae Virginis in monte  
Carmelo & S. Lazari in Gallia.  
Philippus Nereus nra ætate Romæ in proje-

Et ad Regem Paulum V. ubi voti compos factus est et in scriptis  
obtinuit ut et Equites Galli S. Lazari nominarentur Equi-  
tes Beatae Virginis Montis Carmelitis S. Lazari

Ordo Funigenae vel funis institutus ab  
Anna Britannica regina Gallie.

Hac instituit Ordinem Funigenae ad imitationem  
regum q multos Ordines instituerunt, et feminis illis  
funem dedit loco fascie aut torquis equestris, admo-  
nens eas ut viverent castè et sanctè et funium ac  
vinculorum Jesu Christi semper meminissent.

Equites à Pontificibus instituti.

Equites Jesu Christi gestant crucem rubram q limbo  
aureo includitur. Primum eos instituit Papa Joha-  
nes etc.

Equites S. Spiritus q Romae fratres Xerodochij Spi-  
ritus sancti dicuntur gestant crucem candidam sup  
suis togis et pallijs; Etiam Hrois ait, in huxonia q  
Ordinem esse Equitum spiritus sancti.

Leo 10. instituit Equites S. Petri contra Turcos, q  
Paulus 5. confirmavit.

Equites S. Georgij auctorem habent Alexandrum q.  
Papam.

Papa Pegg an: i s 60. instituit eos q ab ipsius no-  
mine appellatur, quos voluit om̄ Imperatorum  
et principum Ordines atq ipsos Equites Meliter,  
set antecedere, quoniam erant ip̄ij Lombardi et  
commensales.

Sixtino i s 86. instituit Equites Lauretana.

Hæc sequentia scripta s̄ ex Andronico de  
Johannis Gothofredi Cosmici

**DISSERTATIO DE ORIGINE OMNI-**  
um Religioſorum, qui hucusq; in mundo fuerunt, qua  
ſuccincte narrantur, qui illorum auctores et in qua ſtudia,  
cia, ſub quibus Pontificibus et Imperatoribus ac quo tempore  
in ſtatu fuerint.

Optines Cæleſtium qui fuerunt inter Hebræos, tam ſub  
legem veterem, quam ſub lege ſcripta.

Henoch ſeptingulis ab Adamo cepit invocare nomen Do-  
mini: q; Rabini ita explicant, ipſum fuiſſe primum q; coſta-  
tionem et religioſorum hoim congregavit, ad invocandum  
nomen dei uſq; huius. Hanc a nomine huius loci interpre-  
tatione eſſe necesse eſt, quoniam Adam, Abel et reliqui ad  
ipſum invocaverunt Deum.

Abraham primus oim Patriarcharum.

In lege Moſaica Leviticus. Num: 6.

Elias Prophetæ: a quo Samaritanæ originem ſua trahunt.

Eliſæus et filij Prophetarum in Coenobio uidebat, a uulgo ſeipſi  
eti, ut uideat eſt 3. et 4. libris Regum.

Judith ſancta Vidua c. 8.

Ordo Rechabitarum. c. 25. Jerem:

Scribes habitantes in ſaber: 1. Paral: 24.

Holda Prophetiſa, q; ſit mentis q; Reg: c. 22.

Semeias detedus Naban: 6.

Primum Plebifur ſic dicti q; uſque et q; uſque ab alijs, diſſerunt,  
cum magnis Obſervatores Legis uideri uellent.

Dauid Sadducei, q; uſque uſque non noua noua negabant, nec  
credabant eſſe angulos ſpiritus, ſed animas cum corporibus in  
terris uidebant.

Tertio Eliei h. e. sancti, qui austerum vitam sequerebantur et  
inimici carnis voluptatum, deicitas contempserunt hospitalitatem san-  
cti studio exercebant etc:

S. Iohannes Baptista, auctor vite monasticae.

Anna Prophetissa, filia Pharaelis. hinc dicitur quomodo ab Enoch usq[ue]  
ad Dominum nostrum Iesum Christum semper fuerint quidam  
Religiosi inter Iudaeos.

S. Maria mater Dei. Nam illa vivit, utriusque concepit de Spiritu  
santo, nimirum tempore legis Moysaicae vitam perfectissimam  
et religiosam.

Ordines Ecclesiastici ab adventu Domini nostri Iesu Christi in  
hunc mundum.

Primum auctor Ordinis Ecclesiastici et Vitae Monasticae fuit Dominus  
noster. et qui deinceps monasteria fundavit, Regales sive ab  
ipso acceptavit etc:

Institutio Sacerdotii in nova lege.

Prout etiam Sacerdotium instituit. Nam postquam elegerit 12. Apo-  
stolos, nempe 12. Episcopos, quibus potestatem dedit obediendi et conse-  
crandi, ac sacrificandi pro populo suo corp[us] et sanguinem con-  
miserat et annuntiavit suam doctrinam nempe Evangelium  
per totum mundum.

De Clericis institutis a S. Petro.

Pontifices, qui S. Petro succedunt Hebros imitati constituerunt  
Praefatos, Lectores, Exorcistas, Acoluthos, Diaconos et Subdiaconos.

De Canonicis Regularibus Laterani et S. Mariae Trivulgarum.

Hiis Apostolus originem tribuisset et postea a S. Marco Evangelista in  
in portu Cyrenae auctoritate fuisse creditur cum tribus veteribus  
a Regula declinasset a S. Augustino reformati fuerunt. S. Iohannes.

De Canonicis S. Mariae Martuani.

Hieronymum Alexandria in Aegypto a S. Marco Evangelista in-  
stituta fuisse perhibentur.

De Ordine solitario S. Pauli primi Eremitae.

Hic S. Vir Paulus floruit a. 150. sub imperio Decij et Valeriani, qui caritate persecutione quam Impij illi contra Christianos exercebant, in villam quandam prope Thebas ubi natus fuit concessit. In deserto autem disit, ubi austrum invenit, in quo palma erat eximia quae ramos suos desuper extendebat. Tanta a magnitudine hac palma erat, ut totum ipsum locum amovum obtigerent, juxta quem fons limpidus habebat. Hinc quoque latebrae illuc erant in quibus monachi claustrum habebant tempore M. Antonij et C. Kopatrae. Huc vix iste sanctus senex, ubi spatio 70. annorum a corpore sustentatus fuit, qui ipse quotidie dimidium panis horanonam et aquam offerrebat. Frustra quoque palma refecit et folijs illius se vestiebat, maxime autem vestis S. dei partem contemplationi tribuens. Magnitudo haec loco 110. a. in quo erat, cum 16. annos natus esset et vitam angelicam in terris egit.

De Ordine S. Antonij Eremitae.

S. Antonij pater Monachorum Aegypti in desertum concessit aetatis 18. et dimidio ubi 83. annis mansit.

Ordo S. Hilarii et aliorum catuum Eremitarum et Religiosorum Thebaide Aegypti.

Beatus Hilarius caput fuit magnae multitudinis Monachorum in Syria S. Macarius discipulus S. Antonij et Hilarii coetaneus, dux fuit eorum qui in Thebaide erant. In eadem Thebaide sanctus fuit Abbas cuius nomen Apollonio, qui habitavit in finibus Theae Hermapolis, in qua videri vult Virgo Maria et beatus Ioseph cum puero Iesu. Senex per hanc fugavit Herodem tyrannum. Hic Abbas tuus Heraclide quinquaginta milibus monachorum imperabat. Idem autem narrat Iidorum Abbatem in Thebaide monasterium condidisse in quibus circiter, in quo pluraquam mille monachi habitabant, etc.

De Coenobitis.



Primum Cenobitarum votum erat se obtemperaturos omnibus  
quae à Superiore precipiantur. Divisi erant in Ecuarias et Coenarias.

De Monasterio Lauri à Caritone ad dignato.

Carito natus Lami postquam sub Imp. Justiniano multa pro fide Iesu  
Christi pertulisset tandem liberatus sub Imperatore Iacobo, qui ipse  
succesit, cum iter faceret in terram sanctam, captus fuit à paganis  
qui manibus ligatis et cervicem nuchellus infixa, eum in desertum  
pertraxit ad mare mortuum quod palus Asphaltites et lacus Sodomus  
appellatur, ubi eum vivam reliquerunt. etc.

Ordos. Basilij.

Quatuor fuerunt Regulae ab Ecclesia approbatae: S. Basilij, S. Augustini,  
S. Benedicti et S. Ieronimi. Quibus oes alij Ordines eccle-  
siastici comprehenduntur.

S. Basilij vir doctus et excellens, quod Oraculo divino Stragnum fuit  
cognominatus floruit an: Dni 300. et natus fuit in urbe Aloga,  
sub Caesarea Cappadociae in qua fuit Episcopus. Obiit 379. in  
quo tempore Damasus praesens huiusmodi sanctam sedem et Imp.  
Valens Arianum imperium tenebat.

Ordo Abbatum Lacomi.

Hic legem quam suis Religiosis dedit, duabus tabulis aeneis in  
Cenitiam ab Angelo acceptis creditur, qui cum ipse in des-  
quas ad vitam monasticam pertinent, probe inscripsit et dispersit.  
Hic vir sanctae pietatis animam Deo reddidit an: Dni 405. in  
no. an: 9. imperij Arcadij et Honorij cum Ecclesia Romana regeretur  
ab Innocentio 1<sup>o</sup>.

Abbatia S. Symphoniani & Religiosorum ipsius.

Hic vivit circa tempus Lacomi condidit Monasterium extra  
Moenes Mediolanensem.

Monasterium S. Martini Tironensis.

Reliqui sunt duo alij qui monasteria fundarunt: Prior S. Martini  
natus Sebacia in arte delabri Ungarica, educatus Patavijs a S. Hieronimo  
illius ubi Episcopo, Mediolani monasterium contraxit, et postmodum  
Pistorij, ubi cum suis Religiosis commoratus est, quia tanta sanctitate  
